Qvem nemo satis in vivis vidit illum justa superum ira invidit mortalibus. ...

Alander, Christiernus Caroli,

82 Aa 16/3

National Library of Sweden

ÅBO
1694

Qvem nemo ſatis in vivis vidit.
Illum juſta ſuperum ira invidit mortalibus.
Inde reconditur memoria ut conditur tumulo
Magnus Doctor

JACOBUS FLACHSENIUS,

Dilectus nimium DEO,
Acceptus omnibus bonis,
Stygiis exoſus qvam maximé,
Forte parem non majorem, niſi fallit amor,
vidit unquam Aboa.
Sic patientia innotuit,
Prudentia inclaruit,
Sanctimonia illuxit,
Magnus recte ſentientibus omnibus & ſingulis,
Sibi nullus

FLACHSENIUS,

Sic obducitur fere nox erudito cœlo tantis cadentibus ſideribus.
Sed ſtupeſcent poſteri tantos tuliſſe viros
Non Venetias opulentas,
Non Genuam ſuperbam,
Non Florentiam pulchram,
Non Patavium doctum,
Non Romam ſanctam,
Sed Finniam alieniorem,
Sed Aboam ſubobſcuram,
Pro! qvam amœnioribus dignus ille ſedibus.
Ergo ſummus rerum arbiter
Tale recuſans luminis caliginiſque commercium,
Particulam cœlo avulſam
Divini ſpiraculi auram
Cœlo reddere feſtinabat.
Porro ne poſſet æternam adverſus famam invidia, ſi doctum nomen tentarent
natorum poſtremiſſimi, neutiqvam laudis conſcientiam licet eſſent erepturi:
tamen ut eſſet res extra periculum decrevit cœleſtis Pater
gemino munire ſigillo

FLACHSENIUM,

ut eſſet Conſtantiæ & Manſvetudinis
moriens, viva regula.
Sed ejus virtutes dicet cras hora 8 melius ſi poteſt
Perexim: Philoſ: Baccalaureus

JONAS MOLLIN,

Qvi ut defuncti Doctoris erat domeſticus,
Sic eſt in virtutibus ejus ut ego hoſpes.
Adeſte autem O! boni & animadvertite qvid in materia magna
Poſſit bona intentio.
Meruere id & ultra defuncti merita
& demerebor ego officium

CHRISTIERN ALANDER
El. Prof.

KUNGL. BIBLIOTEKET STOCKHOLM